

Zeitschrift: Mitteilungen der Antiquarischen Gesellschaft in Zürich

Herausgeber: Antiquarische Gesellschaft in Zürich

Band: 10 (1854)

Artikel: Inscriptiones confoederationis helveticae latinae

Autor: Mommsen, Theodor

Anhang: Appendix

DOI: <https://doi.org/10.5169/seals-378754>

Nutzungsbedingungen

Die ETH-Bibliothek ist die Anbieterin der digitalisierten Zeitschriften auf E-Periodica. Sie besitzt keine Urheberrechte an den Zeitschriften und ist nicht verantwortlich für deren Inhalte. Die Rechte liegen in der Regel bei den Herausgebern beziehungsweise den externen Rechteinhabern. Das Veröffentlichen von Bildern in Print- und Online-Publikationen sowie auf Social Media-Kanälen oder Webseiten ist nur mit vorheriger Genehmigung der Rechteinhaber erlaubt. [Mehr erfahren](#)

Conditions d'utilisation

L'ETH Library est le fournisseur des revues numérisées. Elle ne détient aucun droit d'auteur sur les revues et n'est pas responsable de leur contenu. En règle générale, les droits sont détenus par les éditeurs ou les détenteurs de droits externes. La reproduction d'images dans des publications imprimées ou en ligne ainsi que sur des canaux de médias sociaux ou des sites web n'est autorisée qu'avec l'accord préalable des détenteurs des droits. [En savoir plus](#)

Terms of use

The ETH Library is the provider of the digitised journals. It does not own any copyrights to the journals and is not responsible for their content. The rights usually lie with the publishers or the external rights holders. Publishing images in print and online publications, as well as on social media channels or websites, is only permitted with the prior consent of the rights holders. [Find out more](#)

Download PDF: 04.07.2025

ETH-Bibliothek Zürich, E-Periodica, <https://www.e-periodica.ch>

APPENDIX.

I. LAPIDES INDICATI NON DESCRIPTI.

1 Una piccola lapidetta di marmo di Carrara con iscrizione sepolare latina fù trovata a S. Pellegrino presso Giornico (distr. di Leventina). Ita antiquarii Ticinenses ad Turicenses retulerunt.

2 'On voit à la porte de l'église du bourg de S. Pierre les restes d'une vieille inser. sur une pierre'. de Loges p. 186.

3 *Martigny*. Relato cippo Constantini n. 316 Stumpfius pergit in itinerario ms. cod. 47 p. 209: 'alia statua [i.e. columna] marmorea cum inscriptione iacens in terra, quam ob eius molem everttere et legere non potuimus. Extant adhuc ibidem plura fragmenta veterum inscriptionum quae penitus sunt illegibilia. Presertim statua marmorea litteris insculpta iacens ante portam templi parochialis magnae molis, quam nec everttere nec scripturam perfecte videre potuimus'. Eadem fere leguntur in ed. XI, 20 indeque apud Simlerum descr. Valles. f. 31.

4 *S. Maurice*. 'Noch vil alter Römischer Gschrifften erscheynend in diser kirchmauren zu St. Mauritz umb den Chor, item zu beiden seyten neben dem eyngang des Tempels, item auf der mauren die im hof des Closters umm den Weyer gadt etc., welche doch alle gemeinlich zerbrochen unn sonst von grossem alter durchs wätter verzeert oder mit den füssen zerschlissen unn derhalb nit meer lässlich sind. In mitten des Münsters im pflaster ligt ein grosser breiter Marmor als ein grabstein, darin erscheynend noch etliche gantze und halbe Buchstaben einer alten Römischen gschrift, die sind ob einer spannen lang'. Haec Stumpf XI, 21. 'Hic extiterunt olim plures inscriptiones, sed perierte plures occasione incendii fatalis a. 1691'. Scheuchzer it. 1709 p. 491.

5 Genevae in urbis moenibus lacum versus ('à l'angle de l'ancien bastion où est la prison pénitentiaire') extant lapides duo admodum corrosi alter iuxta alterum collati, qui adhuc recte legi non potuerunt. Quae ab amico habui exempla apponam, ut aliquando emendentur:

TO I > IDEILI	AOIVIV
I AN V	C O S
A N T O V	8 B L E I C O A B


Monuit praeterea alter amicus secundum titulum maiori bus litteris scriptum esse quam priorem, in hoc autem ver sum tertium esse nullum, sed ibi marginis vestigia habita esse pro elementis. Ipse titulos non vidi.

6 In Donattiere [= Domdidier?] prope Aventicum lapides scriptos extare eccl. muro immissos ex ore Schmuzii refert Hagenbuch cod. 283 p. 83.

7 Motier en Vuylly [inter lacus Moratensem et Neufchâtellensem]. 'Dans la cave de M. Sam. Jenner de Fribourg-Haus il y a le fr. d'une inser. sur une col. que le beau-père de M. Jenner y avait fait amener sans doute depuis Avenches'. Wild p. 190.

8 'Du-Bois zeigte mir an einem druidischen Denkmal in der Nähe von Neufchâtel römische Buchstaben. Der Stein war tief in die Erde eingesenken und in den vierziger Jahren ausgegraben worden'. F. Keller.

9 Mont-terrible prope Porrentruy ex lapide calcareo ad modum evanido haec exceptit Gul. Vischer Basileensis:



10 'Altenburg in domo cuiusdam rusticci fragmentum' Stumpf cod. 47 p. 103, inscr. omissa. — Tschudius cod. 105 f. 8. 87, ed. p. 143 notat rusticum quendam a. 1535 ibi multos lapides confregisse 'und hat eine inwendig über sin husthur gesezt und die Buchstaben under über sich gricht'.

11 'In vico Frassnacht superioris Durgow prope Arbonam lapis marmoribus quadratis' Stumpf cod. 47 p. 106, ipsa inscr. omissa. Inde Tschudi cod. S. G. 1083 p. 68.

12 In vico Mumpf Aargoviano non longe a Säckingen lapides scriptos repertos esse rursusque a redemptoribus absumptos scripsit ad nos parochus loci Knapp d. 6 Aug. 1853, incertam tamen traditionem potius quam accurata testimonia secutus.

II. TITVLI NVNC HELVETICI ORIGINIS EXTERNAE.

13 'in vico Mandourre [i. e. Epamanduoduri] ad Dubium non procul a Monbelgardo, vetus balinei, cuius adhuc certa vestigia extant, epigramma, quod quoniam in plures partes ruptum est et apud mercatorem quendam hodie magna pars latet, hic adscripsi, ut ex fragmentis inter se coniunctis legi' Pithoeus. Manduria in fodiis prope Mompelgardium Grut. frustum emit Massiliae a pictore qui in hac tabula colores terebat Faesch, cum cuius museo transiit in bibl. publ. Basil.

F L A V I V S C A T V L L V S
T E S T A M E N T O A D M A R M O R A N
D V M B A L N E V M L E G A V I T · R P · X L X X V
Q V O D ~~D~~ e c i u s ^g ALL V S H E R · P · C
denariis tot attr IBVTIS LEGAT · SS
ad consum IA TONEM

Contuli partem superstitem. Petr. Pithoeus (in epistola ad Ios. Simlerum scr. a. 1570, cod. bibl. civ. Turic. f. 60, ep. 582), qui vidit. Grut. 181, 4 ex Antonio le Bois. Fae-schianum fragmentum exhibent Huber ad Hagenbuch ep. ms. 1737, 44; Schoepflin Als. I, 576; Roth p. 5 not. Basil. fragm. complectitur v. 1. 2. 3. 4 incip. In reliqua parte Pithoeum secutus sum.

14 ex Italia allata Genevam.

Q G E L L I V S
C H R E S T V S
G E L L I A E
A P I L I A E
5 I ... S V A E
C A R I S S I M A E
V · A · X V I I I

Descripsit Meyer. 4. 5 lege APRICLAE || FIL · SVAE.

15 al Gran Bernardo nella chiesa, si venera come martire Am. Romana igitur.

FAVSTINA
DVLCIS
ANIMA

Amati p. 85.

III. TITVLI EXTERNI MALE RELATI INTER HELVETICOS.

16 Ligornetto Luciliae, uxoris Petronii Primogenii titulum (Grut. 449. 4 = 736, 8) tribuit Apianus p. 95; eundem pago q. d. Senatus Apian. p. 84. At vere Castilionei (Castiglione ad fl. Plona) extitisse titulum docet Castillioneus de Gall. Insubr. p. 176 Graev., optimus utique huius rei testis utpote hinc oriundus.

17 prop^e Bellinzonom L. Dunii Valentini titulum (Apian. 85, inde Grut. 681, 2 et Aldini marmi Com. n. 122 p. 182; cod. Brancacc. n. 73; Zaccaria p. 97 n. 71) repertum esse ait Bridel apud Orell. 5068 ed. 1. At ex eadem sylloge Ioviana, unde habuerunt reliqui, Bridelium quoque traxisse arbitror cumque non intellegerer quam illa praemittit indicationem sane obscuram 'in supremo tractu vici Surici agro Comensi', ex arbitrio videtur originem latius indicasse.

- 18 *Briegii in superiore valle Poenina* titulus *Iovi o. m. a C. Publicio municipum Mediolanensium liberto dedicatus* collocatur a Labusio in notis ad Amoretium viaggio p. 107 (inde Orell. 4905), sed errore, de quo sic ad me scripsit die 12 Febr. 1853 paullo ante mortem humanissimus Labus nuper litteris ereptus: 'L'iscrizione non appartiene a Briga. L'ab. Frasconi comunicandomela mi trasse in errore; la nota a p. 107 del Viaggio ai tre laghi, nell'esemplare che ho postillato a penna, la ho trasferita alla p. 73. Il marmo esiste tuttora nella Canonica della Cattedrale di Novara, e ci venne non da Briga presso le Tavernelle, ma da Briga presso Borgo Manero provincia Novarese'.
-
- 19 *Aventico* titulum '*d. m. et memoriae attiniae [leg. aeternae] Tiberiae Maxima*' rel. (Grut. 531, 2; Spon Gen. n. 47) tribuit Haller II, 272 mero errore; extat enim vel extabat ad Annemasse in confinio agri Genevensis et Sabaudiae.
-
- 20 *Aquis Helvetiis* titulum *Caracallae* dicatum (Grut. 267, 8) Simlerus cod. 102 f. 24 et hunc secuti alii complures, ut Donat. 332, 6, attribuerunt eum, qui adhuc extat Aquis Aureliis (Baden-Baden). Errorem notavit Orell. 452 = 259.
-
- 21 *Vindonissae* lucernam Graece inscriptam *Ἄρτεμις Ἐφεσίων ο. τ. λ.* repertam ait Orell. 443 = 247, male exscribens Hallerum, qui lucernam hanc sumpsit ex tabula Belloriana.
-
- 22 *Augustae Rauricae L. Munatii Planci* notissimum titulum Caietanum adscripsit Gnochius apud Donat. 66, 3 = 258, 3.
-
- 23 *Augustae Rauricae Laaberiae Irene* titulum (Grut. 692, 7) Amerbachii aetate repertum esse posuit Patin p. 141 (inde Schoepflin I, 585; Bruckner p. 3071; Donat. 367, 6; Orell. 425 ed. 1). At Romanum esse et ab Amerbachio exceptum ex Mazochii epigrammatum f. 114 acute, ut solet, et accurate demonstravit schedis Amerbachianis denuo inspectis Rothius n. 3.
-
- 24 'en l'abbaye de Bonneval au païs des Suisses' *Vergiliae Heliodorae* titulum, quem unus quod sciam Gabr. Symeon servavit (obs. ant. p. 92, inde Smet. 170, 1. Grut. 839, 3) descripsisse quidem ille se ait, iter faciens Brixia Turicum et inde Lugdunum per Grisones. At cum huius nominis locus in Helvetia sit nullus neque in alpestri Raetia tituli Latini ulli inveniantur, inscriptionis ratio praeterea Galliam maxime referat, omnino intelligenda est abbatia Bonneval en Beauce VI leugis ab oppido Chartres ad Ligerim amnem, quam Italus homo male Raetiae videtur attribuisse.

IV. CVRIENSES MEDIÆ AEVI.

25 Curiae in crypta monasterii S. Lucii marmori insculpta
Stumpf similiterque Tsch.

SCE M EPCS
HOC IACIT IN TOMOLO QVEM DEFLEVIT
 RETICA TELLVS
 MAXIMA SVMMORVM GLORIA PON
 5 TIFECVM
ABIECTIS QVI FVDIT OPES NVDA
 TAQVE TEXIT
 AGMINA CAPTIVIS PRAEMIA LARGA
 FERENS
10 EST PIETAS VICINA POLO NEC FV
 NERIS ICTVM
 SENTIT OVANS FACTIS QVI pETIT
 ASTRA BONIS
HIS POLLENS TITVLIS VALENTIA
 15 NE SACERDV
CREDERIS A CVNCTIS NON POTY
 ISSE MORI QVI VIXIT IN HOC SAE
 C · ANN · PL^s · MN · LXX · DP^s · SVB · D · CI · ID · IA ·
 548 SEP^s · PC^s · BASI VCC^s · IND · XI · PAVLNVS · NE
20 POS IPSius haec fieri ordinavit

Stumpf cod. 47 p. 91, ed. X, 17; a quo pendent reliqui: Tschud. cod. 105 f. 1, Vind. f. 28, ed. p. 298 qui vult se vidisse; Reines. 20, 428 (ex Sclobing. not. ad res Alemann. Vadiani f. 139); Mur. 425, 6 ex Goldasto; Mohr cod. dipl. Raetiae (Cur. 1848–1852) I n. 2 describens titulum ex Stumpfio edito, citans tamen praeter illos auctores Ulrici Campelli († 1581) historiam Raetiae ms., quem lapidem vidisse credit. V. l. dabo Tschudii solius ut reperi in cod. Vind. f. 28. — 3 RHETICA Tsch. — 4 SVMMORVM Tsch. — 5 TIFICVM Tsch. — 12 FETIT traditur. — 18 DES · SVB · SI · IDIAN Tsch. — 19 RASI Tsch. — IN pro IND Tsch. — 20 in ed. Stumpfius supplementa non discrevit neque discrevit Tsch., qui HEC.

Ceterum ex ipso titulo appetet diu post annum 548 eum esse positum.

26 Curiae in monasterio S. Lucii ad scalam *Stumpf*. In Italos quosdam homines nequam qui lapidem hunc et alterum paucos ante menses pessum dederint acriter invehitur *Campellus*.

HIE SVB ISTA LABI
 DEM · MARMOREA
 QVEM · VEETOR ·
 VER · INLVSTER · PRESES
 5 ORDINABIT · VENIRE
 DE · TRIENTO ·
 HIE · REQVIESEIT
 ELARESIMVS
 PROAVVS
 10 DOMNI · VEETORIS
 EPI
 ET · DOMNI · IA Et ADI

Stumpf cod. 47 p. 91, ed. X, 17, a quo pendent Tschud. cod. 105 f. 1, Vind. f. 28, ed. p. 299; Guillimann. p. 421; Mohr cod. dipl. Raetiae I n. 3, qui citat praeterea Campellum. Omnes c sunt sic e' Stumpfii cod. — 7. 8 Tschudius sic bis diverse interpolavit:

cod. f. 1	cod. Vind. f. 28, ed.
HIC REQVIESCIT	HIE REQVIESEIT
CLARESIMVS IACTAT	ELARESIMVS VICTOR

Ceterum ELARISIMVS St. ed. err. typ. — 12 IACTADI Tsch.

27 Curiae in crypta monasterii S. Luciae litteris maiusculis marmori insculpta *Stumpf*. Videtur interisse cum praecedente.

HIC SVB ISTA LABIDE
 MARMOREA
 QVEM VECTOR VER IN
 LVSTER PRESES
 5 ORDINABIT VENIRE
 DE VENOSTES
 HIC REQVIESCET
 DOMINVS

Stumpf cod. 47 p. 92, ed. X, 17; a quo pendent Tschud. cod. 105 f. 1, Vind. f. 27, ed. p. 298; Guillimann. p. 421; Mohr cod. dipl. Raetiae I n. 6 ex his et Campello, qui tamen non vidit.

1 LAPIDE St. ed. err. typ.